



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Vitalianvs Ep. 16. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

saperent) perpetuos esse jussit. Ex Surio & Virid.
Raderi.

Nullus homo sibi solum Vivit, & quanto scumque
exemplo sancte vita adiscaverit, cum tantis & pro-
tantis mercedem retributionis beata vita accipiet
& quantiscumque exemplum mala conversationie,
etiam si eum non sequantur, prebuit, pro tantis se-
malis noverit rationem redditum. S. Aug. serm. 1.
de temp.

S. VITALIANVS EP. 16. Iulij.
CApuae natus VITALIANVS virtutis præmium à
patriâ Infulam tulit. Fuerunt tamen qui de-
cuss hoc invidenter alieno capiti, suo quærerent.
Et placuit insuper, cum vel maximè seriò rem-
agerent, fabulam tamen dare. Dormienti vestes
suas auferunt, & in locum muliebres reponunt.
Has ad preces matutinas vocatus imprudens in-
duit, & templum petit VITALIANVS. Enimvero
ridentibus aliis non riserunt scelerum factores.
Meretricio habitu contemeratam infulæ majesta-
tem clamant. Proditam tandem histrionicam vcl
ab ipsâ nocte sanctitatem. Parum fuisse cum mu-
lieribus noctes, dies agere, nisi totus denique in-
mulierem abiret. Viderent nunc ciues an non re-
ctius colum quam pedum mulieri committerent.
Si viri essent, non laturos sic stolatum Episcopum.
Si expiare urbem vellent, monstrum (Episcopum
feminam). aquis sepulturos. Quid multis? dum
patrono caret innocentia, in mare abjicitur, non
jam eluente, sed faciente parricidium culco. Sed
quis innocentiam mergeret? Emergit more suo;
& cœlum ingratiss civibus aquas & cum his sege-
tem negavit, dum VITALIANVM revocarent. Vnā
igitur VITALIANVS & imber è cœlo missi excepti-
qu e.

que. Sed ille non fidens honoribus , DEIPARA
Templum struxit , vivensque in hoc privatus invi-
diā sub VIRGINIS pallio impunē jam risit. Ex
Ferrario.

*Anima, que amat, ascendit frequenter & currit
familiariter per plateas cœlestis Ierusalem, visitan-
do Patriarchas & Prophetas, salutando Apostolos,
admirando exercitus Martyrum & Confessorum
chorosq; Virginum speculando. S. Aug. Man. c. 24.*

S. A L E X I V S C O N F . 17.Iulij

Theatrum est Orbis, in quo sœpius male mul-
ti divitem, sed bene pauperem egit ALEXIVS.
Patrem Romæ habuit Euphemianum senatorii
Ordinis, Sponsam Regii sanguinis. Sed quā nocte
Hymenæus pedem thalamo inferebat , sponsam
non reperit. Nempe noctis beneficio elapsus Edes-
sam aufigit, ibique inter mendicabula tam diu la-
tuit, dum ab effigie DEIPARAE , ad cuius templum
affidius excubabat , est proditus. Tunc Romanum
rediit , & (quis credat ?) in patriâ domo felicius
personam dissimulavit. Hic cum è tantâ heredita-
te vix ultimum angulum ædium impetrasset , risit
scilicet, cum domi se agentem queri in alieno or-
be videret, cum parentes se orbos, sponsa viduam
se lamentaretur , cum utriq; præsentem incla-
marent, vivum lugerent. Spectabat interim siccus
suorum lacrymas, vivus suas exequias ; appellabat
patrem matremque , nec filius audiebat ; basiabat
servorum suorum manus & ab his servilia multa
patiebatur , iam pugnis contusus , iam sordibus
perfusus. Sed demum mors siparium reduxit. Vox
eternam humanâ major Romanum & Pont. & Imp-
erii demortuum excivit. Ibi ALEXIVM prodiderunt

vult
quili
rat.
mir
quot
V
liss,
ne d
plet
SS.
S. S
R
tant
res i
guin
Erg
cem
puge
dum
ejus.
matr
cienc
ter.
etia
mori
lete.
per r
& u
tissi
palu
tyro
vul-